



**R. P. Ferdinandi De Castro Palao, Legionensis Soc. Iesv,
Sacrae Theologiae Professoris, Et sanctae Inquisitionis
Qualificatoris & Consultoris; Operis Moralis, De Virtutibus,
Et Vitiis Contrariis, In ...**

De Iustitia Et Iure, Continens Tractatus De Prudentia, Fortitudine, &
temperantia, de Ieiunio, & Iustitia generaliter sumpta, de Iustitia
commutativa, nempe de Pactis, & Contractibus in genere, de Promissione,
& Donatione liberali, de Commodato, & Deposito, de Mutuo, & Vjura, de
Emptione, & ...

**Castro Palao, Fernando de
Lugduni, 1669**

2. An beneficio dictae leg. si vnquam renunciari possit maxime iuramento
apposito.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76677](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76677)

§. I.

Qualiter filiorum natiuitate donatio perfecta reuocetur?

1. Donatio facta ab eo qui nec liberos habebat, neque illorum sem proxima, annullatur liberis postmodum habitis.
2. Intelligenda est hac regula de filiis legitimis.
3. Lex solum loquitur de donatione a patrono libertatis facta, at Doctores omnes extendunt.
4. Hac donatio non impeditur, tamen si iuramento firmata sit.
5. Ipso iure donatio reuocatur, neque indiget vlla iudicis declaratione.
6. Aliquibus placet conclusionem de qualibet donatione esse intelligendam.
7. Veritas est non comprehendit leues donationes, et quas recta bonorum administratio exigit.
8. Donationes non excedentes quantum bonorum affirmat Gutier. in regno Castelle non infirmari. Sed non approbatur.
9. Repudiationes hereditatis, legati etc. non continentur sub hac lege.

Conueniunt omnes Doctores donationem factam ab eo qui liberos nec actu nec spe proxima habet, natis filiis legitimis reddi ipso iure nullam, ut decidit in leg. si unquam. Cod. de reuocand. donationib. et leg. 8. regia. tit. 4. par. 1. Constat namque donans sub conditione donare, dummodo filios non habeat, quia presumitur nullatenus donaturus si filios speraret, cum non sit verisimile velle extraneum donatarium filius ex descendibus praferri. argum. Textus. in leg. cum auus. ff. de condit. et demonst. et in leg. cum acutissimi. Cod. de fideicom.

Notanter dicitur filiis legitimis. Nam ob natiuitatem filiorum illegitimorum donatio non reuocatur. Tum quia nomen liberorum absolute prolaturum stat pro famosiori significato. Tum quia hac lex est exorbitans, ideoque non debet nomen liberorum extendi. Tum denique quia nunquam est praesumendum velle donatorem ob filios in peccato conceptos, & quos habere dederat donationem mature factam reuocare. Atque ita tradit Greg. Lop. dicta leg. 8. tit. 4. par. 1. verbo de su. mior. Iulius Clarus. S. donatio. q. 13. n. 6. Auar. Valac. consil. 94. n. 6. Mol. disp. 281. S. dubium praetera est, & colligitur manifeste ex dicta leg. regia. 8. ibi que si habes hys o. hys de su. mior. legitima. etc. Quod si filius naturalis matrimonio subsecutus legitime, iam pleno iure legitimus nuncupatur, & ex vxore legitima per retroactionem natus censendus est, ideoque eius legitimatione apposita donatio reuocatur, ut aduertit Mol. supra. Secus vero legitimarius, receptio principis, ut aduersus Iulium Clarum docet Greg. Lop. & Mol. locis citatis, argum. legis regia. que exigit filios ex vxore legitima habendos esse, et donationem infirmam.

Et licet huiusmodi lex si unquam de sola donatione a patrono libertatis facta loquatur, eius tamen decisionem Tiraquel. in dicta leg. si unquam verbo libertatis. Ripa. q. 1. Cuius l. 2. o. obseruat. cap. 1. Fachin. lib. 3. conu. cap. 5. & alij ad omnes personas extendunt, & merito quia ratio decisionis que est praesumpta voluntas donantis quod non faceret donationem extraneo, si de liberis cogitasset, et que in patrono, ac in alijs procedit.

Neque ea reuocatio impeditur quamuis sub iuramento donatio firmata sit quia iuramentum sequitur naturam primordiale actus cui apponitur, at hac donatio est sui primordiale natura habet tunc conditionem nisi filij nascantur. Ergo iuramentum eandem sortitur conditionem, ac proinde natis filiis ipso iure donatio reuocatur non obstante iuramento. Sicut docet Gutier. de iuram. 1. p. cap. 9. n. 10. Ant. Gom. 2. var. cap. 4. n. 11. Iulius Clarus. l. 4. recept. S. donatio q. 13. n. 1. Mol. tract. 2. disp. 282. S. dubium est. Lessius. lib. 2. cap. 18. dnb. 14. n. 111.

Reuocatio autem huius donationis ita efficax est ut ipso iure absque vlla iudicis declaratione donatum donatori reuertatur. Nam cum datum fuerit sub ea conditione non filij nascantur, ipsis natis cessat donatio & res ad suum pristinum statum redeunt. Ut probat dicta lex si unquam, ibi. Si unquam liberiis patronus filios non habens bona omnia, vel partem aliquam facultatum fuerit donatione largitus, et postea susceperit liberos totum quidquid largitus fuerit reuertatur in eiusdem donatoris arbitrio, ac ditione mensuratum, & colligitur ex leg. regia. 8. tit. 4. par. 1. ibi. E. no debe valer en ninguna manera. Hincque inferunt recte Greg. Lop. ibi Couarru. 1. var. cap. 19. n. 1. et 2. Mol. disp. 282. S. quando autem obligatum esse donatorem donatori cui filij post donationem nati sunt restituere integrum donatum, cum ius omne quod habebat perierit. Quod intelligendum censet, ut inquit Lessius d. cap. 18. dnb. 14. n. 1. Si a donatore repetatur, nam interim retinere poterit ex praesumpta ipsius voluntate.

Sed est dubium an cuiuslibet quantitatis donatio sub hac lege comprehendatur? Aliquibus relatis a Couarr. 1. var. c. 19. n. 12. placet comprehendere donationem cuiuslibet quantitatis, quia ver-

bunquam, quo lex, si unquam, videtur in minima parte verificari potest ex Gloss. in clem. 1. verbo ex eorum parte de foro compet. et ex leg. generaliter. S. cum autem. Cod. de institut. et substitut. ad finem. Alij vt Ant. Gom. r. 1. var. cap. 14. n. 11. censent debere esse maioris partis bonorum, quia appellatio partis dimidia intelligitur. leg. nomen filiarum S. portio. ff. de verber. significat. alias si cuiuslibet quantitatis donationem voluisset imperator sub sua lege comprehendere non dixisset bona omnia vel partem aliquam facultatum, sed rem aliquam.

Ego vero dicendum existimo leues donationes quas recta ratio, & bonorum administratio exigit nullo modo reuocandas esse, quia praesumuntur ferre faciendae, esto de filiis donator cogitasset, pertinent enim ad ordinatum familiae regimen, & debitam bonorum administrationem. Vnde non sunt extrahendae de ea parte de qua quis libere disponere potest, nec computandae in filiorum legitima. Ut bene aduertit Molin. d. disp. 282. S. dubium est quantum.

Deinde donatio quae spectata qualitate personae donantis, & donatarij, autque circumstantiis leuis & modica est reuocari non debet ob natiuitatem filiorum, quia praesumitur faciendae, esto filij in mentem venissent. Ut multis probat Tiraquel. in leg. si unquam. verbo omnia vel partem. numer. 24. et 25. Quapropter nam solum donationem reuocandam censo, quam prudens arbitraretur donatorem non facturum, si de filiis cogitasset. Cum autem de sola excessiua donatione, & quantitate notabilem continente prudens id arbitrari possit, consequens est eam solum donationem natiuitate filiorum reuocari. Sicuti docet Couarru. d. cap. 19. n. 13. Greg. Lop. leg. 8. tit. 4. par. 1. verbo gran. parida. Iulius Clarus. S. donatio. q. 22. num. 10. Menoch. casu 133. Fachin. lib. 3. conu. cap. 88. Mol. loc. cit.

Addit tamen Gutier. de iuram. 1. p. cap. 9. n. 17. in regno Castelle in quo pater disponere potest libere de quinta suorum bonorum parte, natiuitate filiorum non infirmari donationem, quae hanc quintam partem non excedit, adducitque pro hac sententia Ant. Gom. d. cap. 4. n. 11. quatenus asserit donationem patri, vel alteri ascendenti factam non reuocari in totum, sed tantum quoad legitimam, & Gasparem Bacca. tract. de non melior. d. ratione dotis filiarum. cap. 9. n. 57. et 62. Ioann. Baptista de Villalob. anti. nom. iuris. l. 1. D. n. 22. ad finem. Ducitur Gutier. quia de quinta parte bonorum potest pater natis filiis libere disponere. Ergo ex eorum natiuitate infirmari hac donatio nequit. Sed merito reliqui Doctores contrarium opinantur. Non enim ob solum praedictum filiorum in legitima eis competentem reuocatur donatio, sed quia praesumitur patens non donaturus, si de filiis cogitasset. Quae ratio procedit, etiam si donatio legitimam filiorum non attingat.

Ad extremum obserua sub donatione hac reuocanda non contineri repudiationem hereditatis, legati, aut fideicommissi, an eam illorum dominium & possessionem obtineas, quia illa non est donatio, sed iuris acquirendi repulio, ad quam haec lex quae correctoria est, & exorbitans non debet extendi. Vt aduertit Tiraquel. leg. si unquam. verbo donatione largitus. n. 180. Mol. tract. 2. de iustit. disp. 579. n. 23. Sanchl. 7. oper. moralis. cap. 7. n. 51. Paul. Laym. lib. 3. sum. s. 1. 5. r. 1. 4. cap. 12. in fine.

§. II.

An beneficio dictae legis si unquam renuntiare possit maxime iuramenti appposito?

1. Varias sunt sententiae.
2. Renuntiare potest quatenus donatorem spectat, secus quatenus spectat filios.
3. Si cum celebratur donatio donans praesumitur filios habentis non est locus reuocationi.
4. Differt donatio orta ob praesumptam donantis voluntatem ab ea qua reuocatur ob filiorum praedictum.

Varias sunt in hac parte Doctorum sententiae. Ut videtur est in Ripa dicta leg. si unquam. q. 11. Tiraquello in praefat. illius legis. n. 87. et seq. Couarru. de pact. 1. p. relet. §. 4. n. 3. Greg. Lop. leg. 8. tit. 4. par. 1. Anton. Gomez. de donat. cap. 4. n. 11. Tello Fersand. leg. 23. Tauri num. 9. Iulio Claro S. donatio. q. 22. Bernard. Diaz de Lugo. reg. 2. 13. ampliat. 3. Fachin. lib. 6. conu. uer. se. 84. Gutier. 1. p. de iuram. c. 9. n. 8. Alij negant renuntiare posse, quod hoc beneficium non solum in donantis fauorem, sed in fauorem filiorum concessum est, cui donans non videtur renuntiare posse. leg. cum non suum. Cod. de bonis que liberis, leg. quod de bonis. §. de ff. Ad legem Falcidiam, & similibus. E contra alij renuntiare posse affirmant, quia solum in fauorem donantis liberos postea suscipientis lata lex est, cum nullam liberorum mentionem faciat.

Placet tamen concordia, quam communior sententia approbat, teste Tiraquello Greg. Lop. Gutier. & Fachineo circa finem. Mol. disp. 282. S. quoniam lex Laymon. cap. 12. circa finem. iuramentum donatorem renuntiare posse beneficio donationis reuocandae.

cauda in euentum filiorum quatenus sua interest. Secus verò quatenus filios tangit. Posteriorem partem probat totus titulus de inofficiosa donatione. Non enim permissum est praedicare etiam cum iuramento filius in legitima debita. At cum donatio eorum legitimam non attingit, sed intra terminos illius partis, de qua liberè disponere potest continetur, optime potest etiam absolute iuramento beneficio reuocationis renuntiare, cum nemini alteri quam sibi ea renuntiatio praedicit. Ratioque est manifesta, ideo namque statuit lex naturae filiorum donationem praecedentem infirmari, quia non praesumitur donans donaturus, si de filiis cogitasset, at haec praesumptio omnino cessat, cum ipse expressè renuntiat beneficio dictae legis, asseritque se velle donationem firmam fore, tamen filij nascuntur, ergo.

3 Hinc fit si cum celebratur donatio praesumitur potest donatorem de filiis nascituris cogitasse cessat ea reuocatio, quae illi praesumptioni nititur, ideoque in leg. regia. 8. tit. 4. par. 5 dicitur, *porque no ancias ni esperança de los auer.* Atque ita ex communi tradunt Greg. Lop. ibi Gloss. 2. Bernard. Diaz, de Lugo. reg. 13. in obsequia fallent. Iulius Clarus. q. 2. vers. ex qua Menchaca. lib. 1. controuer. s. 1. s. frequent. cap. 10. n. 39. Gutier. d. cap. 9. n. 3. Mol. loc. cit.

4 Est verò latum discrimen, vt bene aduertit Greg. Lopez. loc. cit. cum donatio reuocatur ob praesumptam donantis voluntatem nolentis firmam esse donationem in filiorum euentum, ac cum reuocatur ob filiorum praedictam voluntatem, de qua est sermo in dicta leg. si unquam, in vita donans reuocatur, & naturae ipsorum filiorum ipso iure reuocatio inducitur, ac cum reuocatur ob praedictum filiorum non potest reuocari nisi per querelam inofficiosa donationis, quae initium nequit in vita donantis, sed post mortem; nam filij viuente patre nullum ius habent ad legitimam, leg. fin. & ibi Bart. ff. de liberis agnoscent. Quod si quis opponat inde se qui posse liberos alimentis debitis desraudari respondet opt. me Greg. Lop. ex dicta leg. 8. Gloss. 2. donatarium obligatum esse alimenta filiis praebere, quia cum eo onere donatum itaui. leg. si quis à liberis. s. fin. ff. de liberis agnoscentis.

§. III.

Examinatur, an dispositio dictae legis, si unquam locum habeat, cum donatio Ecclesiae, alteriusue causae piae facta est?

- 1 Reuocatur quatenus filiorum legitimam tangit.
2 Nequit parens in praedictum legitimam filiorum disponere in opera pia, vt in capella fundationem etc.

1 C Opiose satis disputant hanc quaestionem Tiraquel, in d. leg. si unquam, verbo liberis n. 79 & ibi Ripa. q. 49. Iul. Clarus, verbo donatio. q. 23. n. 2. referunt Doctores tum asserentes, tum negantes donationes in totum reuocari filiorum naturae. Sed venior est illa sententia quae ex D. Augustino refertur in cap. fin. 17. q. 4. asserens dictam donationem spectato iuris ciuilibus rigore non reuocari in totum, sed solum quoad eam partem, quae filiorum legitimam attingit, ex aequitate tamen & pietate natura. II in integrum reuocari, inquit enim Textus. Quam laudabile factum Sancti Aurelij Carthaginensis Episcopi. Quidam enim cum filios non haberet, neque speraret, res suas omnes (retento sibi usufructu) donauit Ecclesiae. Nati sunt ei filij nec opinati. Reddidit Episcopus ea quae donauerat, in potestate habebat Episcopus non reddere, sed iure fori, non iure poli. Coclusio tripliciter parit habet. Prima dictam donationem non reuocari in totum, quia Ecclesia (& idem est de causa alia pia) instat filii reputatur, vt inquit Panormit. in cap. fin. n. 5. de donat. Bart. in le. Tit. §. imperator ff. de legatis. 2. At donatio facta filio non reuocatur in totum naturae aliorum filiorum, sed solum quoad eorum legitimam. leg. si ioras. Cod. de inofficiosa donat. Deinde quod praesatur Ecclesiae, vel alteri causae piae praesatur Deo & in animae fauorem. At haec causa est aequè fauorabilis, ac causa filiorum vt constat ex Authem. si qua mulier. Cod. de sacrosancti. Eccles. Denique lex Constantini Ecclesias ligare non poterat. Secunda pars conclusionis scilicet reuocari eam donationem, qua parte legitimam filiorum postmodum nascentium diminuit, probatur, quia parentes nequeunt de hac legitima disponere vt potest filiis debita, ideoque in supra dicto cap. fin. inquit August. Quicumque vult exheredem facere Ecclesiam quaerit alterum qui suscipiat, quod Augustinum imo Deo propitio n. minime inueniet. Neque his aduersantur verba quae inferius subiungit, in potestate habebat Episcopus non reddere, nam intelligenda sunt de redditione in totum, cum sibi referuare possit ea quae legitimam filiorum debet non praedicare. Tertia pars scilicet aequitati, honestati, & pietati congruere maxime quod Ecclesia donatum integre reddat manifestum est, siquidem hoc facto susceptionem auaritia purgat, pietatem commendat, & fideles excitat liberaliores esse. Et in his conueniunt Tiraquel. Ripa, & Iulius Clarus supra à. Anton. Gom. de donat. cap. 2. n. 11. Greg. Lop. d. leg. 8. tit. 4. par. 5. Gloss. 4. q. 1.

Mol. dist. 282. §. dubium vterius. Less. lib. 2. c. 18. dub. 1. q. 109. Paul. Laym. lib. 3. sum. sect. 5. tract. 4. c. 12. circa fin. Em. Fachin. l. 3. controu. c. 86.

Hinc fit nullo modo audiendum esse Fr. Ludouicum Lopez, in suo instrutorio conscientia 2. p. q. 20. per totam cel. 148. et seqq. contententem posse parentem in praedictum legitimam filiorum expendere ultra quantum suorum bonorum in vita vel in morte, in opera pia, vt in capella fundationem, elemosinas pauperum, quia haec non sunt legata gratiosa, sed ob causam, & in fauorem animae, ac proinde excedere possunt quantum quod pro legatis gratiosis extrahendum permittitur. leg. 13. tit. 6. lib. 5. noua compilat. Nam vt rectè animaduertit Gutier. de iuram. 1. p. c. 5. n. 28. leges regiae tantum permittunt parenti filios haberi disponere de quinto suorum bonorum in quolibet opera voluntaria siue profana, siue pia; si enim sumptus executionum extrahit mandatur ex quinto, cum sit opus ita pium, & necessarium, & fortiori ex illo, & non ex corpore hereditatis extrahenda erunt legata, & donationes minus necessariae. Neque Nauar. cap. 23. n. 39. quem se Lopez adducit loquitur de donatione ultra quantum bonorum verò in 4. dist. 4. §. 1. q. onic. art. 4. fol. 536. et eo suffragante rem non disputat, sed per transennam affirmat. Solum enim homini diuisione permittit Gutier. vt ex amplissimo patrimonio aliquid non nimium ultra quantum in opera pia expendat, cum modo filius non graue heret praedictum. Neque probandum existimo extensioem Ant. Gom. tit. 2. d. art. 4. n. 11. arguens donationem factam ascendentibus donationi factae Ecclesiae, quia ascendentes non vt filij, sed vt extranei reputantur, ac proinde privilegio filiorum, sicut Ecclesia gaudere non debent. Vt bene aduertit Mol. dicta d. dist. 282. §. dubium vterius in fin. Laym. l. 3. sum. sect. 5. tract. 4. c. 12. circa finem.

§. IV.

An dicta dispositio legis, si unquam, locum habeat in donatione remuneratoria, & ob causam?

- 1 Donatio habens causam comparatione donantis non reuocatur, etiam in praedictum legitime filiorum, sed tamen habens causam comparatione alterius ex communi sententia.
2 Verius est donationem ob causam remuneratoriam quae se tenet comparatione donantis reuocari.

SI donatio habeat causam comparatione donantis, vt est cum donans obsequia sibi praestita remunerari intendit, communi sententia defendit recte Gregor. Lopez. leg. 8. tit. 4. par. 5. verbo die se. & uter. de iuram. 1. p. cap. 9. numer. 7. Mol. dist. 282. §. dubium postremo, nec dispositionem legis si unquam reuocantem integre donationem ex superueniente filiorum, nec dispositionem leg. si totus. Cod. de inofficiosa donatione, statuerent donationem in praedictum legitimam filiorum reuocandam fore, habere locum sed firmam persistere cum donationem secundum quod causa exigit quia haec non est censenda donatio sed congrua bonorum administratio, ideoque non est computanda in ea parte, de qua donans liberè disponere potest. Vtrum si causa comparatione donantis necessaria non est, bene tamen cuiusdam accitit, vt et dos puelae constituta quae comparatione donantis libera sit, comparatione tamen mariti onerosa, eximantur in praedicti Doctores iocum esse dictae legi si unquam eo quod haec causa non excludat liberalem donationem, argum. leg. fin. §. si socio ff. qua in fraudem creditor. leg. 1. §. necesse. Cod. de rei viciosa actione. Subiungunt tamen alij reatit Gutier. & Mol. non esse reuocandam, nisi quatenus inofficiosa fuerit filiorum legitima, quia onus tertio imposedum obligat, vt donans eam donationem computet in ea parte de qua liberè disponere potest, ac proinde naturae filiorum eam non reuocet. Ex quo fit in donatione ob causam, siue causa se tenet ex parte donantis, siue ex parte alterius tertij non esse locum dispositioni legis si unquam, cum non reuocetur donatio integre, vt ibidem reuocanda cauetur.

Ceterum in hac re placet mihi sententia Cuacij l. 20. obsequia. c. 5. & Andri Fachin. l. 3. controu. cap. 89. asserentem in praedicta lege si unquam contineri donationem remuneratorem & ob causam etiam comparatione donantis, nam haec donatio remuneratoria solum ex anteriori obligatione procedit, quae liberalem donationem non excludit, & huius ita quibus nullatenus exigit bonorum omnium, vel maioris partis alienationem, nam est obsequium donatori collatum eius conditionis fuerit vt donator illud compensare non valeat omnibus suis bonis vel maiorore illorum parte, attamen pietas filiis debita exit, ne ea alienatione ipsi praedictabile beneficium remuneretur, sed aliis grati in rebus signis, & recognitionibus. Ac proinde ea in parte quae filij praedicauerit nobiliter, reuocanda venit, quia non censetur in praedictum donator remuneratorem praestare, neque in praedictum casu ea donatio censenda foret congrua bonorum administratio, sed

